

XXIV. Maximè varia sunt ea, de quibus in falsis decretalibus sermo est; imò non raro in una eademque decretali littera diversissima quæque sine ulla connexione in rudibus et indigestis excerptis consarcinata sunt. Juxta antiquissimum, qui exstat, codicem agunt 17 decretales de dogmatibus; 20 de dignitate et prærogativis Ecclesiæ romanæ; 16 de hierarchia; 48 de accusationibus et persecutionibus Episcoporum et clericorum; 12 de appellationibus ad sedem apostolicam; 8 contra usurpatores bonorum ecclesiasticorum; 12 de ordinationibus, Chorepiscopis, parochis et septem diaconis; 7 de baptismate, confirmatione et matrimonio; 10 de sacrificio missæ et jejunio; 12 de celebratione paschatis, de inventione S. crucis, de translatione corporum SS. apostolorum, de benedictionibus et vestibus, de chrismate, aqua benedicta et ecclesiarum consecratione; 5 denique lites particulares respiquant, et plurimæ generales tantummodo exhortationes complectuntur. Decretales, quæ easdem res attingunt, iisdem ferme verbis conceptæ sunt.

Desumptæ verò sunt ex vetustis pontificum vitis (1), ex aliis genuinis legibus, ex patribus, ex operibus Rufini (2) et Cassiodori (3), quæ sæculo nono habebantur; ex breviario Visigothorum (4) aliasque Juris romani partibus. Nec arbitriè pontificum et conciliorum nomina adscribuntur; sed tam acutè et tam opportunè genuinis (5) et historicis notitiis (6) usus est compilator, ut clarè pateat, ipsum in ecclesiastica historiæ cognitione valdè versatum fuisse.

Porrò non alia hujus collectionis evulgandæ ratio fuit, quam ut antiqua monumenta, hinc indè sparsa, in unum colligerentur, instauratisque ex illis tum Juris tum historiæ deperditis fontibus, vigens eo tempore Ecclesiæ disciplina corroboratur. Præ cæteris verò eam disciplinæ partem auctor defendere ac comprobare studuit, quæ iis maximè temporibus impetebatur; judiciorum scilicet ordinem, in quibus Episcoporum et clericorum causæ agebantur. Quisquis igitur sanum ac justum de Pseudo-Isidori collectione judicium ferre velit, ad ea imprimis attendere debet, quæ nono sæculo gesta sunt, omnibusque ritè perspectis, inveniet, ideò

abscribuntur: uti sacrorum librorum sententiæ secundum vulgatam, leges ex utroque codice patitiae, posteriores canones conciliorum, ac decretales summorum pontificum et cætera generis ejusdem.

(1) Liber pontificalis sive de vitis rom. pontificum, cura Fr. et Jos. Blanchinii, Rom. 1718 35, IV, vol. fol. (Muratori rer. ital. scriptor, tom. III, p. 1, Mediol. 1723, fol.) Notitia, quæ in hoc libro de rom. pontificibus existant, in decretalibus, ipsorum nominibus inscriptis, fusiū enarratae et in legum formam redactæ inveniuntur, atque decretales sæpè eadem exhibent ac ipsa pontificis vita, uti, e. g. epistola Anastasii I, ad Episcopos Burgundie.

(2) Rufinus IX Eusebii libros vertit duosque adjunxit, qui historiam usque ad a. 395 exhibet.

(3) Cassiodori historia ecclesiastica, quam tripartitam vocant (in opp. ed. Garet, Venet. 1729, II vol. fol.) Historia hæc excerpta est ex operibus Socratis, Sozomeni et Teodoreti.

(4) Maximè ejusdem breviarii interpretatio adhibita est, quam hic juxta editionem Ritteri in codice theodosiano citamus.

(5) Exemplo sit c. 5, D. IV. (Ambros. s. a. 380) comparatus cum c. 4 eodem, qui falso Telephoro tribuitur.

(6) Exemplum præbent decretales Julii I, quæ de Episcoporum persecutionibus, accusatiōnibus et appellationibus agunt, ac nicæna synodi canones laudant. Ex Cassiodoro enim nota erant ea quæ Julius in causa Athanasii egerat. Quod verò nicæni canones adducuntur duplice rationem habet: primo, quia in collectione dionysiana Zosimi pontificis epistola reperiebatur, qui in causa appellationum ad sedem apostolicam nicæni concilii canones Episcopis africanis objicit. Dein quod idem Zosimus canones sardenses proponeret, qui de appellationibus agebant, et simul cum nicænis sub eodem nomine descripti erant, quosque ideò nicænos vocabat.

tot falsa ac præpostera de hujus collectionis instituto et eventu dicta fuisse, quod plurimi falsas decretales non quidem ex tempore, quo a collectore inventæ sunt, sed ex eo dijudicare solerent, quo ab illis pontificibus, quibus falso tribuuntur, edita singuntur (1).

XXV. Dignæ tamen sunt, quæ paulo fusiū exponantur et cum veteribus monumentis conferantur, decretales illæ, quæ tum de Ecclesiæ hierarchia, tum de accusationibus agunt. Hæc enim sunt, quibus maximè abutuntur scriptores nonnulli, ut novam in Ecclesiam per Pseudo-Isidorum inductam fuisse disciplinam persuadent.

De hierarchia autem ecclesiastica decretales sequentia statuant:

Episcopi quoad dignitatis essentiam omnes pares sunt, licet inter ipsos metropolitæ et primates habeantur (2). A Deo ad illuminandos populos missi sunt; in ipsis Christus, cuius legatione funguntur, honorandus est, et qui illis resistit, aut illos persequitur, a fidelium communione separandus est (3). Vinculo ad stricti Ecclesiæ, cui præsunt, ad aliam nisi ex gravissimis causis transferri nequeunt (4). Metropolitæ aut Archiepiscopi majorum urbium Episcopi, et ecclesiasticarum provinciarum præsides sunt. Patriarchæ et primates earum tantum urbium metropolitæ nominantur, quibus antiquitùs quædam privilegia concessa sunt (5). Universæ verò Ecclesiæ primatum apostolica sedes romana a Christo in Petro obtinuit (6),

(1) Hoc modo de falsis decretalibus judicandum esse, ex ipso Blondello cognosci potuisset. Hic enim cum ad earum falsitatem demonstrandam ea sæculi quarti et quinti monumenta adducat, ex quibus descriptæ sunt, hoc quoque simul conficit, illas pro eo tempore, quo a Pseudo-Isidoro conficta sunt, nihil novi statuisse.

(2) Decretum Anacleti, fol. 9, vers. Citatur Pseudo-Isidorus juxta editionem Merlinii anni 1524. Animadvertisendum est quod in hac editione post folium 86, foliorum numeri de novo incipiunt.

(3) Epist. III Clem. fol. 10, vers. [c. 11, c. IX, q. 3]; Anacleti, fol. 18, rect. (c. 15, c. II, q. 7); decreta Alexandri, fol. 23-25; Calixti, fol. 35, rect.; Urbani, fol. 37, rect.; Pontiani, fol. 37, vers.; Eusebii, fol. 62, vers.; Pelagii II, fol. 235, vers. Capita præcipua desumpta sunt ad verbum ex conc. tolet. XI, a. 675, c. 5, et ex capit. Caroli Mag. a. 805, de honore Episcoporum.

(4) Decreta Evaristi, fol. 22, rect. (c. 11, c. VII, q. 1); Callisti, fol. 35, vers. (c. 39, eod.); Anteri, fol. 39 (c. 34, eod.); Pelagii II, fol. 234-235. Omnia ista decretalia sententiam quidem auctoritate apostolica confirmant; translationes verò ipsas nequam sedi apostolicae tribuunt, uti probat Blascus de coll. can. Isid. Merc. c. X, Theinerus objicit, c. 34, c. VII, q. 1; sed verba decisiva in hoc loco a Gratiano addita sunt.

(5) Epist. I, Clementis, fol. 6, vers. (c. 2, D. 1, XXX); Decretum Anacleti, fol. 18, vers. (c. 1, D. XCIX), fol. 29, vers.; Anicij, fol. 30, vers. (c. 2, eod.); Stephani, fol. 47, vers. (c. 1, D. LXXX); Julii, fol. 94 rect. [ad verbum ex Leonis epist. XIV, c. II. Sæculo nono, in regno Francorum quidam metropolitæ ad primatis honorem electi sunt, quos apertè citate falsæ decretales respiciunt. Eorum jura compilator ex iis eruit, quæ de patriarchis, exarchis et vicariis apostolicis in antiquioribus monumentis invenerat. Plura etiam ex juribus primatum Africæ arripuit, qui tamen omnino ab aliarum regionum primatibus differebant. Hinc non raro sibi ipsi contradixit. Adduxit quoque in aliquibus decretalibus concilium nicænum, quod tamen solos Episcopos romanum, alexandrinum et antiochenum primates agnoscit.

(6) Decreta Anacleti, fol. 19, vers. (c. 2, D. XXII); Julii, fol. 94, vers. Hæc ad verbum descriptæ sunt ex conc. rom. a. 494, c. 2 (c. 3, D. XXI). In aliquibus monumentis, Petrus apostolorum electione primatum obtinuisse dicitur, sicut in decretis Anacleti, fol. 18, rect. (c. 2, D. XXI): "Apostoli ipsum principem eorum esse voluerunt;" quod apertissime probat, egregiè falli homines male animatos in sedem apostolicam, qui hanc collectionem editam putant, ut ejus opifex romanorum pontificum auctoritatem fraudem adstrueret atque dolose defenderet. Neque ea sedes quæ sæculo nono, uti certissime constat, jam ex longo tempore ab om-

cui concessum est, ut cæteris præemineret (1); Ecclesia igitur romana caput est a qua cæteræ Ecclesie sumpserunt principia (2); ipsa mater est, quæ omnes sua sollicitudine complectitur (3); ipsa nunquam a tramite apostolicæ traditionis errasse probatur (4); ab ipsis proiadè regulis nullatenus convenit deviare (5). Omnia tamen non ipsa sola administrat, sed aliis ecclesiis vicis suas credidit largiendos, ut in partem sint vocatae sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis (6). Singulis proindè certò ordine termini positi sunt, quos nemini transilire licet (7).

Unius provinciæ negotia a metropolitano, adhibito suorum Episcoporum consilio tractanda sunt (8). Quod si dissentientes inveniantur, primatem appellare necesse est (9). Majores vero et difficiliores cause (10), et ea præsentim, quæ de-

nibus Ecclesiæ caput nominabatur et tanquam prima et Petri hæres venerabatur, falsis decretalibus indigebat, ut suum primatum adstrueret.

(1) Decreta Melchiadis, fol. 63, vers.; Vigilii, fol. 229, rect.: "Licet omnium apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est ut cæteris præemineret. Hæc ad verbum desumpta sunt ex Leonis I epist. XIV, c. 11.

(2) Decreta Marcelli, fol. 58, rect. (c. 15, c. XXIV, q. 1). Vigilii, fol. 229, rect. Hæc sententia jam ex longo tempore in Occidente recepta erat, Innocent. I, epist. I, ad Decent. (c. 11, D. XI).

(3) Epist. Julii, fol. 93, rect, ad verbum ex Leone I, epist. XIV, c. 11. Eadem jam sæpius dicta fuere: Innoc. I, epist. XXV, ad Milev.; Leonis, epist. V, c. 2; Gelasius, epist. VI, ad Honor., epist. XI, ad Episcop. Dardanæ.

(4) Decreta Lucii, fol. 46, rect. [c. 9, c. XXIV, q. 1]. Felicis I, fol. 53, rect.; Marci, fol. 92, rect. Hæc tria decreta, iisdem verbis concepta, desumpta sunt ex epist. Agathonis ad imper. Constant., a. 680 [Mansi, t. XI, col. 239]. Decreta Eusebii, fol. 62, vers. [c. 11, c. XXIV, q. 1], ex exemplari precum Justiniani ad Agapetum [Mansi, t. VIII, col. 847], ad verbum desumpta. Eadem alio tantum modo jam dixerat Leo I, in epist. IX [c. 16, c. XXIV, q. 1].

(5) Decreta Calixti, fol. 34, c. 1, D. XII; Julii, fol. 94 [c. 3, D. XI]; desumpta sunt quadam materiam ex Innoc. I ad Decent. [c. 11, D. XI]; Galasii, epist. IX, ad Episcop. Lucan. c. 9.

(6) Decreta Vigilii, fol. 229, vers. [c. 12, c. II, q. 6]. Hæc ex epist. Leonis I, ad suum vicarium apostolicum thessalonicensem desumpta sunt, quem transgressi mandati arguit; Leon. I, epist. XIV, c. 1, [c. 8, c. III, q. 6]. Sæpè quidem asseritur hoc decreto ordinariam Episcoporum potestatem sublatam ipsoque ut meros sedis apostolicæ vicarios consideratos fuisse. Perperam quidem: ipse namque Pseudo-Isidorus plurimis monumentis parem apostolorum electionem agnoscit, atque Episcopos Christi legatos ac vicarios nominat [vide not. 2 et 6]. Pars tamen ejusdem sententiae jam antea ad omnes Episcopos extendebatur. Leo I siquidem, epist. 7, c. 1, ait: "In consortium vos nostra sollicitudinis advocamus."

(7) Decreta Calixti, fol. 35 [c. 1, 2, c. IX, q. 2]; Sixti II, fol. 49, vers.; Julii fol. 94, rect.

(8) Decreta Hygini, fol. 28, vers. [c. 4, c. IX, q. 3]; Anitii, fol. 30, vers. [c. 5-6, eod.]; Calixti, fol. 35, vers. [c. 7, eod.]; Lucii, fol. 45, rect.; Julii, fol. 96, vers. Falsæ igitur decretales instabant, ut provincialia habeantur concilia.

(9) De primatum juribus non una est decretalium sententia. Aliquæ ipsos tanquam judices considerant, ad quos ab inferioribus ordinariæ appellatio dirigatur, epist. I Clem. fol. 6, vers.; decreta Anacleti, fol. 16, vers.; Pelagii II, fol. 233, vers. [c. 5, D. XVII]. Alia ipsis tanquam sedis apostolicæ delegatis majores etiam causas tribuunt, casu quo Romam illas deferre non licet. Decreta Anitii, fol. 30, vers. Alia denique decernunt causas majores speciali mando ipsis dijudicandas remitti; Decreta Anacleti, fol. 18, vers.; Stephani, fol. 47, vers. [c. 1, D. LXXX]. In instructionibus, quæ ad vicarios apostolicos dirigeantur, cause quæ ab ipsis nomine pontificis in provincia decidi poterant, ab iis quæ Romam referenda erant, jam inde a quinto sæculo distinguebantur. Multa hujus rei testimonia afflert Constantius, de antiqu. can. coll. part. I, § 23-25.

(10) Decreta Anacleti, fol. 16, vers. (pro parte in ead. 3, c. II, q. 6), fol. 20, rect.; Gaili, fol. 56, vers.; Marcelli, fol. 58, rect. (c. 15, c. XXIV, q. 1); Melchiadis, fol. 63, vers.; Julii, fol. 92,

Episcopis oriuntur (1), postquam a metropolitis dijudicatae sunt, ad sedem apostolicam referri debent, quæ, si ipsi placet, conciliis provincialis sententiam primati reformandam relinquunt (2).

Sancti Petri igitur successorum summarum dispositiones causarum et omnium negotiorum ecclesiasticorum ab ipso Domino tradita sunt (3); ipsius decreta omnes obligant (4); ipse convocat concilia generalia (5); et alia quoque concilia nisi ipso consentiente, celebrari nequeunt (6), aut saltem ab ipso confirmari debent (7).

Falsæ decretales nihil de particularibus sedis apostolicæ juribus habent, ubi de-

vers. (c. 9, c. III, q. 6); fol. 94, rect., fol. 95, vers., fol. 96, rect.; Vigilii, fol. 229, vers. (c. 12, c. II, q. 6); Pelagii II, fol. 233, vers. (c. 5, D. XVII). Istæ decretales desumptæ sunt ex Innoc. I, epist. II, ad Victori. c. 3.—Leon. I, epist. V, c. 6; Ennod. apolog. a. 502 (c. 6, D. XVII). Hinc errorem prorsus est, quod vulgo asseritur, decretales primum judicium, quod Innoc. I littera Episcopis expressè reservaverat, eludere ac causas majores sedi apostolicæ immediatè subjiceret voluisse: ipsæ enim aut appellationem, aut causæ coram provinciali concilio disceptationem supponunt. Decreta Anacleti, fol. 16, vers.: "Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones aut Episcoporum vel majorum judicia, aut majores cause fuerint, ad sedem apostolicam, si applicatum fuerit, referantur." Rescripta Damasi, fol. 105, rect. (c. 6, c. III, q. 6).

(1) Citatum Innocentii I decretum inter causas majores, pontifici reservatas, Episcoporum appellations non memorat; at a tempore concilii sardicensis certè inter illas numerabantur. Ipsi romani imperatores hanc rom. pontif. in omnes Occidentis Episcopos jurisdictionem expresse confirmarunt. Nov. Valentin III, de Episcoporum ordinatione (Mansi tom. V, col. 1252).

(2) Decreta Marcelli, fol. 58, vers.; Julii, fol. 96, vers., desumpta ad verbum ex concil. sardic.

can. 7, in collectione Dionysii. Jam pridem verò idem in usu erat. Vid. Leonis I epist. X, c. 2.

(3) Decreta Alexandri, fol. 23, vers. (14, c. XI, q. 1). Idem jam dixerat conc. rom. anni 680 (Mansi t. XI, col. 183).

(4) Rescripta Damasi, fol. 105, vers. (c. 12, c. XXV, q. 1). Gieselerius et Theinerus, Eichornium Ict. sequentes, nova prorsus hoc decreto statuta fuisse asserunt; at ad verbum desumptum est ex Leon. I, epist IV, c. 5, quæ ex Dionysio jam omnibus nota erat. Quin imò sæculo quarto jam sedis apostolicæ decretæ camdem ac conciliorum canones auctoritatem obtinebant (Decreta Siricii ad Himerium, an. 385, c. 15), et idecò cum ipsis in collectiones recipiebantur. Vid. prefationem collect. Hisp. c. a. 633: "Subjicientes etiam decretæ presulum romanorum, "in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum exstat auctoritas." Ipsi rom. imperatores clarè de hac re locuti sunt; Nov. Valentin. III, de Episcop. ordinatione. "Sed hoc illis omnibusque (Episcopis) pro lege sit, quidquid sancti vel sanxerit apostolicæ sedis auctoritas." Hæc verò ferendarum legum auctoritas ad omnia disciplinæ ecclesiasticae capita sese extendebat; nec novum proindè ac inauditum, ut Theinerus contendit, quod ad omnia falsa decretales sese extendant.

(5) Decreta Julii, fol. 93, vers.; Pelagii II, fol. 232, rect.

(6) Decreta Julii, fol. 93, vers. (c. 9, c. III, q. 6), fol. 95, vers.: "Non debere præter sententiam romani Pontificis ullo modo concilia celebrari." Desumpta est hæc sententia ad verbum ex Histor. tripart. I, IV, 9-19, quæ ita redditum est ea, quæ habet Socrates II, 8-17. Repetitur eadem sententia in epist. ægypt. pontif. ad Felicem II, fol. 99, rect.; in decret. Pelagii II, fol. 232, rect. (c. 5, D. XVII). Aliis verbis exprimitur in decretis Marcelli, fol. 59, vers. (c. 1, D. XVII); Julii, fol. 97, rect. (c. 2, eod.); Damasi, fol. 105, rect. Hæc sententia, si tanquam Ecclesiæ lex, quæ provincialia quoque concilia respiciebat, consideretur, nova sanè erat, sed nec unquam generaliter in usum deducta est, ut Thomasinus probavit.

(7) Decreta Julii, fol. 97, rect. (c. 2, D. XVII); Damasi, fol. 105, rect. et aliis verbis epist. ægypt. pontif. ad Felicem II, fol. 99, vers.; Stephani ad Damasum, fol. 104, vers., quæ ad verbum ex epist. XXIV, Innocent. I ad conc. carthag. excerpta sunt. Antiquitus jam sæpius concilia provincialia a sede apostolica confirmata sunt (Leon. I, epist. XIII, c. 13); Gelas. epist. XIII, ad episc. Dardan. (c. 1, c. XXV, q. 1), Hormisda epist. I ad Remig. rhemensem, Bonifac. II auctoritas, a 530, qua synodus arauisca confirmata est, et licet hoc per universam Ecclesiæ usitatum non fuerit, tamen nec per decretales isidorianas introductum est. Epistola Hor-

ordinatione Episcoporum (1), et de ecclesiarum consecratione agunt (2). De episcoporum verò confirmatione, juramento ac reauntiationibus; de pallio, de monachis, de privilegiis et dispensationibus omnino silent (3). Delirant ergo, qui de his rebus disserentes, ut sedis apostolicæ jura et leges carpant, totamque Ecclesiæ disciplinam e medio tollant isidorianas semper merces obtrudunt.

**XXVI.** Principia, quæ falsæ decretales de Episcoporum et clericorum accusatio nibus tradunt, præcipue ex jure romano, quod apud clericos continuo in usu fuit desumpta sunt. Delapsis siquidem imperii institutionibus in hac disciplinae parte arbitrio omnia gerebantur, atque in ecclesiastica quoque judicia tum mores hominum iustius temporis rudes, tum superstitiones quedam opiniones, quibus sacerdotalium iudiciorum ordo nitebatur, irrepisse videntur. Hinc maxima diligentia et sollicitudine, ac repetitis vicibus de hac re in collectione sermo instituitur, et sequentia statuantur (4).

Nihil contra quemlibet accusatum absque legitimo accusatore et idoneo fiat (5). Episcopi, qui sententia non secuta vi ex suis sedibus exturbati sunt, ante omnia restituantur; demum legitimum ipsis tempus ad sese coram accusatore defendendos statuatur (6). Accusatio in provincia, in qua consistit ille qui accusatur, eos

misdæ, hic citata, a pluribus quidem pro spuria habetur, at quæ ex ea ad probandum id de quo hic agitur desumi possent, habentur etiam in Hormisdæ epist. XXVI, ad Sallustum hispalensem (Mansi, t. VIII, col. 433).

(1) Decreta Anacleti, fol. 17, rect. (c. 3, D. LXIV, c. 1, D. LXV, c. 2, D. LXVI; Anitii, fol. 30, vers. (c. 4, D. LXIV, c. 1, D. LXVI). Verba "Auctoritate apostolica" quæ in primo decreto habentur, non sedis apostolicæ jussum, sed apostolorum ordinationem significant. Hoc apparent ex tertio decreto, quod in originali cum antecedenti conjungitur.

(2) Decreta Felicis IV, fol. 223, rect. (c. 1-2, D. I, de consecrat.) Locus S. Gelasii (c. 5, eod.), quem Theinerus opponit, genuinus, minimè verò falsus est.

(3) Theinerus cum Sautero aliam quoque sententiam, juxta quam Ecclesiæ caput a nullonisi a Deo judicari potest, falsis decretalibus adscribit. At loca, quæ in subsidium opinionis suæ citant, si in contextu legantur, non de romano Pontifice solum, sed de Episcopis in genere relatè ad judicia civilia loquuntur. Decreta Anacleti, fol. 17-18 (c. 11, D. LXXXIX, comparatus cum c. 15, e. II, q. 7); Anteri, fol. 39, vers. (c. 15, c. IX, q. 3). Tertium decretum desum est ex falso sed multo antiquiore canon. Silvestri, c. 3-20 (c. 2, c. II, q. 4, c. 13, c. IX, q. 3). Cæterum jam longe antea idem dictum ac agnitus fuit. Gelas. epist. IV, ad Faustum (pro parte in c. 16, c. IX, q. 3) epist. XIV, ad Episc. Dardaniæ (c. 17-18, eod.). Synodus roman. III, sub Symmacho a. 501, Ennod. libell. apolog. a. 502 (c. 14, eod.). Aviti vienn. epist. ad senat. a. 502 (Mansi, t. VIII, col. 293).

(4) Postquam in prefatione Isidorus documenta indicavit, ex quibus collectionem suam confecit, hanc eorum colligendorum rationem affert: "Quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis coacta atque digesta, et sancti præsules paternis instituantur regulis, et obedientes Ecclesiæ ministri, vel populi spiritualibus imbuantur exemplis, et non malorum hominum pravitatibus decipiuntur. Multi enim pravitate et cupiditate depressi accusantes saecerdotes depresserunt." Quod multis persequitur, acerbè objurgans illos, qui Episcopos accusant, "ut se per illos excusent, vel eorum bonis ditentur;" ac multa hujusmodi iudiciorum incommoda describit.

(5) Decreta Eleutheri, fol. 32, rect. (c. 4, c. II, q. 1); Marcelli, fol. 59, vers. (c. 5, c. III, q. 9); Melchiadis, fol. 63, vers. (c. 13, c. II, q. 1).

(6) Decreta Zephyrini, fol. 34, rect. (c. 6, c. II, q. 2), pro parte ad verbum ex Historia tripart. lib. VII, c. 12); Fabiani, fol. 42, rect. (mutatum in c. 2, c. III, q. 1); Stephani, fol. 47, rect. (c. 3, c. II, q. 2); Felic. I, fol. 51, vers. fol. 52, rect. (c. 8, c. III, q. 2.) Pars illius decretalis, quam omisit Gratianus ex Dionysio excerpta est. Synod. afric. c. 87); Gali, fol. 55, vers. (c. 1, c. III, q. 1, c. 5, c. III, q. 2); Marcelli, fol. 59, rect.; Eusebii, fol. 62, rect. (Pars hujus de-

ram ordinario ipsius judice instituenda est (1). Neminem coram extraneo judice accusare licet (2), nec accusatus, appellatione non interposita, ad extraneum convolare potest (3); sententia enim a judice non proprio lata obligationem inducere nequit (4). Episcopi omnesque alii clerici coram Ecclesia, nullo verò modo coram iudicibus laicis conveniri debent (5). Sacerdotes et minorum ordinum clerici a metropolitis et primatibus in ultima instantia judicantur (6). Episcoporum accusationes coram metropolita, omnibus provinciæ Episcopis presentibus, discutiendæ (7) et sedis apostolicæ consensu in legitimo concilio dijudicandæ sunt (8). Quicumque aliqua sententia sese gravatum putaverit, liberè sedem apos-

cretalis sumpta est ex C. Wisigoth. lib. VIII, tit. 1, c. 2. Gratianus fragmenta tantum habet in c. 4, c. II, q. 2, c. 4, c. III, q. 1, c. 6, c. III, q. 2); Julii, fol. 96, rect. G. (c. 5, c. II, q. 2, pro parte ex Ennod. libell. Apol. apud Mansi, tom. VIII, col. 281); Felic. II, fol. 101, rect. (c. 7, c. III, q. 2); synodus rom. V, sub Symmacho, fol. 213, vers. (Hæc et alia synodus VI, falsæ sunt, uti probant Ballerini, decretalis tamen ad verbum ex Eusebio excerpta est); decreta Joannis, fol. 222, vers. (c. 1, c. II, q. 2, c. 3, c. III, q. 1). Decretalis hæc secunda ex antiquæ interpretationis breviaril glossa confecta est. (Savigny, Historia Juris Romani, cap. IX, not. 104); Pelagii II, fol. 235, vers. (c. 2, c. III, q. 2). Eadem dicuntur etiam in c. 3, C. Th. ad leg. Jul. de vi publ. (9, 10); Leonis I, epist. XCIII, c. 3, synod. rom. III, sub Symmacho, a. 501.

(1) Decreta Eleutheri, fol. 32, rect.; Felicis, c. 51, fol. I, rect.; Julii, fol. 96, vers. k. Has decretales Gratianus allo nomine inscripsit, in c. 17, c. III, q. 6, sed ad verbum ex interpretatione Novell. martian. lib. III, tit. 1, excerptæ sunt.

(2) Decreta Anacleti, fol. 6, vers. (13, 15, c. III, q. 6); Hygini, fol. 29, rect.; Fabiani, fol. 43, rect. (c. 1, 2, 3, c. III, q. 6); Stephani, fol. 47, vers. (c. 4, cod.); Felicis I, fol. 55, rect.; Julii, fol. 96, vers. B. C.; Damasi, fol. 105, vers. (c. 7, c. III, q. 9). Desumpta sunt ex cap. 10: Cod. theod. de accus. et inscr. (9, 1), et ipsis interpretatione. Aliis verbis eadem habet decret. Felic. I, fol. 52, rect. (c. 16, c. III, q. 6), quæ ad verbum descripta est ex rubrica Novell. mart. lib. III, tit. 1.

(3) Decreta Cornelii, fol. 44, vers.; Marcelli, fol. 58, rect. Secunda decretalis habetur ad verbum in Innocent. I, epist. II, c. 3, (c. 14, c. III, q. 6).

(4) Decreta Zephyrini, fol. 33, vers. (cum additionibus in c. 1, c. III, q. 8); Calixti, fol. 35, vers.; Sixti II, fol. 49, vers.; Eusebii, fol. 62, vers.; Sixti III, fol. 134, vers. Ad verbum ex c. 2, Cod. theod. de re judicata (4, 6) et interpretatione.

(5) Decreta Pontiani, fol. 37, vers.; Gali, fol. 35, vers. (c. 1, c. XI, q. 1); Silvestri, fol. 91, rect. (c. 9, 10, eod.). Istæ decretales nihil novi inducent, uti Theinerus contendit, sed ea tantummodo continent quæ jam multo antea dicta ac in praxi agnita fuerint.

(6) Decreta Eleutheri, fol. 32, rect. (c. 7, c. III, q. 6). Falsum igitur est quod sacerdotum ad sedem romanam appellations per fictas decretalæ introductæ sint: quod enim eo tempore crebros fuerint ejusmodi appellations, nullo modo decretalibus, cum potius ipsis omnino contraria essent, sed aliis rationibus adscribendum est.

(7) Decreta Hygini, fol. 38, vers. [c. 4, c. IX, q. 3]; Anitii, fol. 30, vers. [c. 5, eod.]; Fabiani, fol. 43, rect. [c. 2, c. III, q. 9]; Lucii, fol. 45, rect.; Stephani, fol. 47, vers.; Felicis I, fol. 51, vers.; Felic. II, fol. 101, rect.; Sixti III, fol. 134, vers. In aliis locis, uti in decret. Anacleti, fol. 16, vers.; Zephyrini, fol. 33, vers. [c. 2, c. V, q. 4]; Pelagii II, fol. 234, vers. [c. 2, c. VI, q. 3], prescribitur duodecim Episcopos ad judicandum convenire debere, quod ex conc. carthag. II, a. 390, c. 10 [c. 2, c. III, q. 8]; et Gregor. I, lib. V, epist. 53, [in lib. IV, epist. 50], desumptum est.

(8) Quæ de hac re in falsis decretalibus statuantur non omnino concordia sunt. Aliquæ tantummodo asserunt Episcopos, inscia apostolica sede, non esse condemnandos uti decret. Eleutheri, 32, rect. (c. 7, c. III, q. 6); Victoris, fol. 32, vers.; Zephyrini, fol. 53, vers. (c. 1, c. III, q. 8; c. 2, c. V, q. 4); Sixti II, fol. 49, rect. (c. 5, c. III, q. 6); Julii, fol. 93, vers. (c. 9, eod.) Aliæ a synodo provinciali, Pontificis auctoritate coacta, sententiam esse referendam expresse statuant: sicuti decreta Marcelli, fol. 53, Julii, fol. 93, vers.; Felicis, II, fol. 101, rect.; Damasi, fol. 103, rect. (in c. 6, c. III, q. 6).

tolicam appelleat (1), quæ aut per suos vicarios negotium retractandum curet (2). Quoties judices suspecti habentur, jam ante sententiam (3) primatem aut apostolicam sedem appellare licet (4): nec alius in locum accusati ordinetur, priusquam Romæ causa finita fuerit (5). Accusationes non per scripturas fiant, sed proprie voce et præsente eo qui accusatur (6); nec temere (7), aut ea forma emissa, quæ præscripta est (8). Qui contra Episcopos aut clericos non probanda detulerit, gravissimis penis subjaceat (9). Accusatio verò contra ipsos non nisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus carent, fieri debet

Ex his patet sensum harum decretalium esse rem a concilio provinciali post disceptationem et antè ipsam sententiam ad sedem romanam esse referendam. Ut lata sententia res ad Pontificem, etiam ad illam emendandam transmittetur, jam diù in usu erat, uti patet ex Innocent. I, epist. II, ad Victric. c. 3, epist. VII, ad Episc. Maced. (c. 7, c. XXXV, q. 9); Gelasii, epist. 15 ad Episc. Orient. (Mansi, tom. VIII, col. 81, 82). Nunquam utique expressè litteris consignatum fuerat, ut antè sententiam ad sedem apostolicam scribatur, et idè in causa Rothadi, suessionensis Episcopi, Hincmarus sese opposuit. At Nicolaus I non ex falsis decretalibus, sed ex antiqui Juris indole rem comprobare studuit; nec immerito, cum, ut optimè Blascus animadvertisit, fori usus in hoc jam inclinaret, et Orientis quoque Episcopi eodem tempore patriarcharum judicio, medio judge omisso, subditi essent; concil. constant. IV, a. 869, c. 26.

(1) Decreta Sixti I, fol. 27, rect. (c. 4, c. II, q. 6); Zephyrini, fol. 33, vers. (c. 8, eod.); Sixti II, fol. 48, vers. (c. 5, eod.); Marcelli, fol. 59, rect. (6, eod.). Alio modo loquuntur decreta Fabiani, fol. 43, rect. [c. 1, 20, c. II, q. 6], ad verbum ex interpretatione c. 15, 20; Cod. theod. de appell. (11, 30); Lucii, fol. 45, rect. cod.; vel Julii, fol. 96, vers. II. (c. 9, c. II, q. 6), initium desumptum est ex conc. carthag. III, c. 10, [c. 37, eod.]. Appellationes ad sedem romanam saeculo non omnino in usu erant, uti videre est apud ipsum Natalem Alexandrum.

(2) Decreta Victoris, fol. 32, vers.; Sixti II, fol. 49, rect. [c. 5, c. III, q. 6]; Julii, fol. 96, rect. A. Desumpta sunt ex conc. sardic., a. 344, c. 3, 7, [c. 7, c. VI, q. 4; c. 36, c. II, q. 6].

(3) Decreta Victoris, fol. 32, vers.: "Placuit ut accusatus vel judicatus licenter appelleat." Eadem habent decreta Fabiani, fol. 43, rect.; Sixti II, fol. 49, rect. [c. 5, c. III, q. 6]; Julii, fol. 96, rect. B. G.

(4) Decreta Anitii, fol. 30, vers.; Victoris, fol. 32, vers. [c. 7, c. II, q. 6]; Sixti II, fol. 49, rect. [15 eod.]; Julii, fol. 96, rect. C; Felicis II, fol. 101, vers. [16, eod.] imitantur hæc decreta conc. chalced. a. 451, c. 9, 17. Huc pertinent insuper decreta Fabiani, fol. 43, rect. [c. 2, 21; c. II, q. 6]; Felicis I, fol. 52, rect.; Sixti III, fol. 134, vers. Hæc ad verbum desumpta sunt ex interpret. c. 2, 15, Cod. Theod. de appell. [11, 30]. Alio modo idem exprimitur in decretis Eleutherii, fol. 32, rect. et Felicis I, fol. 51, rect. quod ultimum ad verbum desumptum est ex interpret. Nov. martian., lib. IIII, t. I. Quod in hisce decretis de recusando judge suspecto statuitur, ex jure romano et ex ipsa rerum indole desumptum et a pontificibus, jam antequam falsæ ipsis innotuissent decretales, stabilitum erat. Gregori IV, epist. I, a. 835, [c. 11, c. II, q. 6]; Leonis IV, epist. II, a. 850 [c. 3, c. II, q. 4].

(5) Decreta Eleutherii, fol. 32, rect. (c. 7, c. III, q. 6); Sixti II, fol. 49, rect. (c. 5, eod.), quæ penè ad verbum continentur in conc. sardic. a. 344, c. 4. Eadem habentur in decretis Marcelli, fol. 59, vers. (c. 1, D. XVII); Felicis II, fol. 101, vers. (c. 16, c. II, q. 6).

(6) Decreta Telesphori, fol. 28, rect. (c. 1, c. III, q. 9); Calixti, fol. 36, rect. (c. 1, c. II, q. 8); Stephani, fol. 47, rect. (c. 5, eod.); Felicis I, fol. 52, rect. c. 18, c. III, q. 9); Damasi, fol. 109, vers. (c. 8, eod.). Quod materiam hæc decreta hausta sunt ex interpret. c. 15, Cod. Theod. de accusat. et inscript. (9, 1). Interpret. c. 9, Cod. theod. de fide test. (11, 39).

(7) Decreta Fabiani, fol. 43, rect. (c. 5, c. II, q. 3); Sixti III, fol. 134, vers. ad verbum ex interpret. c. 5, Cod. theod. de accusat. et inscript. (9, 1).

(8) Decreta Eutychiani, fol. 54, vers. (c. 3, c. II, q. 8); Damasi, fol. 105, vers. (c. 2, c. IV, q. 4). Primum ad verbum exhibet, c. 19, Cod. theod., de acus. et inscript. (6, 1).

(9) Decreta Caii, fol. 55, vers. (c. 1, c. II, q. 8); Sixti III, fol. 134, rect., ad verbum ex c. 41, Cod. theod. de Episcop. et clericis (16, 2).

(1). Ab accusatione excluduntur: pravæ vitæ homines (2), criminibus implicati (3), etiam contra criminis socios (4); apostatae (5), hæretici, pagani, Judæi, excommunicati et interdicti; servi, libertini et quicumque etiam civilibus legibus ab accusatione repelluntur (6). Nec majorum quispiam minorum accusationibus impetratur (7), nec clerici a laicis accusentur (8). Index omnia diligentissime examinet (9); nec ante proferat sententiam damnationis, quæ aut reum se ipse quispiam confiteatur, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur (10). Ad plenam probationem contra Episcopum 72 testes requiruntur (11).

(1) Decreta Anacleti, fol. 17, vers. (c. 15, c. II, q. 7); Evaristi, fol. 22, vers. (c. 17, c. II, q. 7); Hygini, fol. 28, vers. (c. 53, eod.); Pii, fol. 29, vers. (c. 3, c. III, q. 4). Desumpta sunt hæc ex conc. chalcedonensi, a. 451, c. 21 (c. 49, c. II, q. 7).

(2) Decreta Anacleti, fol. 18, rect. (c. 1, c. VI, q. 1); Pii, fol. 29, vers. (c. 9, c. VI, q. 1); Felicis I, (c. 3, c. IV, q. 6). Pro parte ad verbum ex conc. carthag. II, a. 397, c. 7 (c. 1, c. IV, q. 6). Capit. I Caroli M. a. 769, c. 34.

(3) Epist. I Clementis, fol. 6, vers. (c. 5, c. VI, q. 1); Eutychiani, fol. 54, vers. (c. 3, § 1, c. II, q. 8); Eusebii, fol. 52, rect. (c. 9, c. III, q. 5). Ultima decretalis ad verbum desumpta est ex L. Wisigoth, lib. II, tit. IV, c. 1.

(4) Decreta Dionysii, fol. 50, vers.; Julii, fol. 96, vers. D. (c. 5, c. XV, q. 3); Stephani, fol. 47, vers. (c. 1, c. III, q. 11). Ad verbum ex c. 12. Cod. theod. de accusat. et inscript. (9, 1) et eius interpretatione.

(5) Decreta Anacleti, fol. 15, rect. (c. 2, c. III, q. 4); Hygini, fol. 28, vers. [c. 1, eod.] shoo

(6) Decreta Calixti, fol. 36, rect. (c. 18, c. II, q. 7, c. 5, c. III, q. 4); Pontiani, fol. 37, vers. (c. 4, c. III, q. 5); Fabiani, fol. 40, vers. (c. 7, c. III, q. 4); Stephani, fol. 47, rect. (c. 6, c. III, q. 4; c. 8, c. III, q. 5; c. 17, c. VI, q. 1); Eutychiani, fol. 34, vers. (c. 11, c. III, q. 4); Caii, fol. 55, vers. (c. 25, c. II, q. 7); Eusebii, fol. 60, rect. (c. 5, c. III, q. 5; c. 19, c. VI, q. 1); Felicis II, fol. 101, rect. (c. 11, c. III, q. 5); Pelagii II, fol. 233, vers. (c. 6, c. III, q. 5). Omnia que in his decretalibus statuantur, jam ante stabilita erant in conc. constant. I, a. 391, c. 6; carthag. VII, a. 419, c. 1, 2; tolet. IV, a. 633, c. 64 (c. 24, c. II, q. 7). Civile quoque jus expressè quad hanc rem ecclesiasticas memorat leges, Capit. I Carol. M. a. 803, c. 7. Exsilia aut, uti vocant, banni pœna plectuntur ii qui Ecclesia et apostolica sedis legibus resistunt, decret. Hygini, fol. 28, vers. (c. 1, c. III, q. 4); Pii, fol. 29, vers. (c. 3, eod.). Hoc quoque ex illius temporis fori usu airoptum est, cum excommunicati pernaces civili punirentur exilio seu banno, Capit. Pipin. a. 755, c. 9.

(7) Desumptum hoc est ex falso quidem, sed antiquiori canon. Silvestri, c. III (c. 10, c. II, q. 7).

(8) Epist. I Clementis, fol. 6, vers. (c. 5, c. VI, q. 1); Marcellini, fol. 57, vers. (c. 3, c. II, q. 7); Eusebii, fol. 60, vers. (c. 5, 14, eod.); Silvestri, fol. 91, rect. (c. 2, eod.). Ultima hæc decretalis ad verbum ex Silvestri Papæ vita desumpta est. Apud Germanos in causis criminalibus aut pugna aut ordalii probatio conficiebatur; cum verò clericis, utrumque ab Ecclesia prohibitum fuerit, laici clericos accusatores in suis judiciis non admiserunt. Huc pertinent falsæ decret. Telesphori fol. 27, vers.; Fabiani, fol. 41, vers. (c. 6, c. II, q. 7); Julii, 97, vers. (c. 4, eod.). Non raro tamen ipsi clerici ordalii et pugnis submittebantur, ad quas conductos gladiatores adhibebant, c. 1, 2. Extra de clericis pugnantibus in duello (5, 14), c. 1, depurgat. vulg. (5, 35).

(9) Decreta Eleutherii, fol. 32, rect. (c. 11, c. XXX, q. 5); Julii, fol. 97, rect. ad verbum ex c. 1, Cod. theod. de judic. (2, 18) ipsiusque interpretatione.

(10) Decreta Zephyrini, fol. 33, vers. Felicis I, fol. 51, rect. (c. 5, c. II, q. 1); Julii, fol. 96, vers., ad verbum pro parte ex interpret. c. 1. Cod. theod. de pœn. (9, 40), ex qua etiam, c. 2, c. II, q. 1, desumptus est.

(11) Decreta Zephyrini, fol. 33, vers. Hæc sententia ex falso, at antiquiori canone Sylvestri, c. III (c. 2, c. II, q. 5) desumpta est. Antiqua consuetudine, 72 Episcopi ad Episcopii causam judicandam convocabantur, de qua re plura exempla adduxit Godofredus ad c. 20, Cod. theod. quorum appellat. (11, 36) Inter Germanos 72 testes, seu conjuratores ipsorum loco adhibiti, qui simul accusationem juramento confirmarunt. Leon. IV, epist. II, c. a. 859 (c. 3, c. II,

Testes propria voce testimonium proferant; nec admittantur, nisi qui accusare possunt (1); sententia verò, absente eo cuius causa vertitur, non proferatur, ne ipsum lateat (2).

XXVII. Exposita hucusque falsarum decretalium meterie, videndum nunc est quanquam ad stabilierendam novam Ecclesiae disciplinam vim, aut in antiqua mutanda partem habuerint. Tria hac in re inquirenda: primo, an quid novi induxerint, si cum disciplina, quae nono Ecclesiae saeculo viguit, compararentur; dein, an novum illud Jus in usum deductum; denique, an haec mutatio revera decretalibus, aut aliis quibusdam causis ac rerum adjunctis adscribenda sit. Ad primum quod attinet, superius jam illam comparationem instituimus et in quatuor tantummodo capitibus Jus aliquod novum decretales continuisse invenimus. At duo ex illis capitibus, quae de provincialium conciliorum convocatione ac confirmatione agunt, hic omittenda sunt, cum nunquam usu recepta fuerint. Alia duo, quae ad tuendos Episcopos contra metropolitanorum insidias partiumque studium conficta sunt (§ XXVI), non tam novum aliquid statuisse, quam potius illius temporis sententiam, multiplici experientia ortam ac nutritam, exprimere dicenda sunt, quae, etsi decretales non exstisset, mox in usum deducta atque recepta fuisset (3). Sic enim in Hispania factum invenimus, ubi, licet falsae decretales ignorarentur, omnia ea disciplinæ capita, quae in aliis regionibus per decretales inducta dicuntur, eodem propè modo sese habuisse et propagasse comprobantur. Nec credendum omnino est scriptis monumentis novum Jus novaque instituta induci potuisse, illis præsertim medii ævi temporibus, quibus tum in Ecclesia, tum in republica non principum legibus, scripto consignatis, sed moribus et consuetudine constituta, ea omnia et aucta fuerunt, quae ipsa rerum vis ac natura poscebant; nec ad aliud litteræ adhibitæ sunt, quam ut ea quae jam diù usu recepta essent contestarentur, aut perspicue enuntiarentur ea quibus societas indigere videretur (4).

Inanes prondè et injustæ sunt quærimoniae scriptorum nonnullorum (5), qui q. 6). Erat hoc quidem secundum germanici juris indolem, quo stabilitum erat ut tale iuramentum statim condemnatio sequeretur; conjuratores prondè judicem personam gerebant. At Juris canonici indoli contrarium erat, idèque a Photio reprehensum, uti habetur apud Baron. a. 761, numero 46. Nunquam tamen hoc usu receptum est. Errat tamen Gieselerus, qui idèque Photius falsas decretales cognovisse asserit, cum Photius hoc ex canone Sylvestri et Leonis IV epistola arripuerit.

(1) Decreta Calixti, in fol. 36, rect. [c. 15, c. III, q. 9], ad verbum ex L. Wisigothorum lib. II, tit. 4, c. 5, conc. carth. VII, c. 4 [c. 1, c. IV, q. 2].

(2) Decreta Eleutherii, fol. 32, rect. [c. 2, c. III, q. 9]; Felicis I, fol. 51, rect.; Julii, fol. 96, vers., ad verbum desumpta ex conc. carthag. IV, a. 398, c. 30. Alio modo eadem sententia ex primitur in decret. Felicis I, fol. 52, rect. [c. 11, c. III, q. 9], quod ad verbum exstat in interpret. ad Pauli sent. recep. lib. V, tit. 5, c. 6.

(3) Eodem modo de hac re sentit auctor protestans, H. Luden, in historia quam de mediis ævi populis ac rebus publicis scripsit, in qua invenies plura, æque optima, quae unquam de hisce decretalibus dicta fuerunt [Luden, Allg. Geschichte der Völker und Staaten des Mittelalters, t. II, B. II, c. 10, § 104].

(4) Consueta fuit in medio ævo haec agendi ratio, ut falsa conficerentur monumenta, quibus ea quae jam in usu erant, superiorum temporum testimoniis confirmarentur. Sic austræ Marichonum jura saeculo duodecimo Juli Cæsaris et Neronis rescriptis, imperatoris in Judeos potestas ex Vespasiani concessione comprobata sunt. Schola bononiensis privilegia Theodosii II, Galliae pares, Friones pluresque Germanicæ civitates Caroli Magni et Ottonis I conficta privilegia laudavere.

(5) Fecerunt hoc primi scriptores galli, Baluzius, Fleurius, Constantius eo quod illorum temporum partium sententiae congrueret, Febronius dein et Spittlerus, eorum auctoritate freti,

per isidorianas decretales fractos putant ecclesiasticæ disciplinæ nervos, Jus novum inductum, perturbata Episcoporum et conciliorum provincialium jura novamque in sedem apostolicam collatam potestatem. Quodsi etiam per decretales conciliorum provincialium auctoritatem in puniendis Episcopis limitatam invenimus, non tamen ideò dici potest, per decretales omnem ipsis auctoritatem fuisse ablatam: nequaquam enim in solis Episcopis judicandis ac puniendis, sed in aliis quam plurimis, iisque gravissimis Ecclesiae rebus tractandis versabatur, et aliis omnino causis tribuendum est, quod seriùs ipsorum potestatem imminutam videamus. Multò minùs decretales in causa sunt, quod sequentibus temporibus appellatum ad sedem apostolicam occasione frequentes abusus occurserint (1).

Recte igitur concludamus decretales, utpote falsas, minimè quidem inter Juris fontes esse habendas (2), at nullam per ipsas in propriam Ecclesiae constitutionem inductam mutationem (3).

XXVIII. Ex falsis decretalibus, aliae mox compilatae sunt collectiones, inter quas ea primum locum obtinet, quam Hinemarus laudunensis (a. 870) in sua defensione laudaverat (4), quamque Angelramnus Metensium Episcopus, dum Romæ (a. 785) versaretur ab Hadriano Papa accepisse fertur (5). Re quidem veadem repetiere remque sese confecisse credunt Germanicæ nostri ævi scriptores plurimi, si Spittlerus sententiam recudant. At nominum quorundam auctoritas nondum sententiae veritatem demonstrat.

(1) Appellations potestatem supponunt, quae existat, ac tanquam superior agnoscatur: nemus enim appellat eum qui juvare nequit. Hinc falsum omnino est, si aut concilii sardicensis decretis, aut falsis decretalibus novum apostolicæ sedi recipiendarum appellationum Jus accessisse dicatur. Id enim affixum et insitum est in ipso primatu, atque in jurisdictione, quae hujus primatus divina institutione propriæ est, quoque pontifex, cui uni haec potestas in omnes a Christo data est, Episcoporum sententias e medio tollere atque abrogare potest. S. Bernardus licet abusus, qui seriùs cum hisce appellationibus non raro conjuncti erant, vituperando commemoret, nullibi tamen eos per falsas decretales introductos esse affirmat. Abusus ex temporum indele orti, non probant ipsas appellations malas Ecclesiæque constitutioni contrarias esse; nec subditis ex eo quod aliqui abutantur, efficax hoc jura sua defendendi medium eripendum videtur.

(2) Fuerunt nuper quidam Germanicæ scriptores, qui dum Pontificem ad falsarum decretalium solemnum condemnationem teneri contendenter, mirarentur magnoperè, quod nulla adhuc apparuerit proscriptionis Bulla. At eodem Jure et Galliæ regem obligabunt, ut cassa declarat instrumenta quæcumque, quae sub suorum antecessorum nomine conficta. Superiorum temporum errores detegere fraudesque patet facere scientiæ, non legislatorum munus est; nec ullus qui æqui amans rerumque justus sit judex, Pontifices hac in re accusabit, si illos ipsos, qui accuratissimam critiken in falsarum decretalium descriptione adhibuerunt, Ballerinos scilicet, sub Pontificium oculis sua opera conscripsisse animadverterit.

(3) Vocant hanc de decretalibus sententiam, sententiam ultramontanorum; quidni ergo Lundenus quoque ultramontanus erit?

(4) De hac collectione agunt: Davit de' giudicij canonici de' vescovi, cap. XV, art. 1, Ballerini de antiqu. can. collect., part. III, cap. VI; Blasci comment. de collect. can. Isid. Merc. append. Spittlerus in Mensel Geschichtsforseher, t. IV, p. 92; Camus in Notice et Extr. des manuser. de la biblioth. nation., tom. VI, p. 294-301. Theiner de Pseudo-Isid. can. collect., pag. 28-35.

(5) Hinemarus rhem. in opusc. contra Hinemar. laudun., c. 24, ait: "De sententiis vero, quae dicuntur et græcis ex latinis canonibus atque decretis præsumul et ducum romanorum collectæ ab Adriano Papa, et Angelramno Metensium Episcopo datae, quando pro sui negotiis causa, agebatur etc." In quibusdam codicibus inscribitur collectio ac si Angelramnus eam Hadriano tradidisset; quæ opinio, uti ex Camusio videri potest, sæpius propugnata est; at hujusmodi lectioni tum plurimi codices, tum locus Hinemar. rhem. citatus repugnant.